





DE  
**ORIGINE ET FVTILITATE  
 SENTENTIAE IVDAEORVM,**  
 QVOD  
 NESCIRI DEBEAT,  
**VNDENAM MESSIAS FVTVRVS SIT.**  
 AD DVCTVM  
 IOH. VII, 25 — 29.

---

CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE  
 PRAESIDE  
 VIRO EXCELLENTISSIMO ET AMPLISSIMO  
**JOHANNE FRIDERICO STIEBRITZ,**  
 PHILOSOPHIAE, ET OECONOMICARVM SCIENTIARVM  
 PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,  
 ET ALVMNORVM REGIORVM EPHORO,  
 DIE APRILIS MDCCXLII.  
 PUBLICE DISPVTABIT  
**IOHAN. GEORGIVS HENRICVS WOLFF**  
 PLETENBERGA - GVESTPHALVS.

---

HALAE MAGDEBURGICAE  
 TYPIS IOHANNIS FRIDERICI GRVNERTI.





### §. I.

Argumentum dissertationis; quae nuper, praeiente *Occasio & in-*  
*Excell. Praefide*, publice ventilata est, *de praeciu-*  
*situm buius*  
*dicio Iudacorum*, quo neque ex Galilea in vniuer-

*scriptionis,*  
*uersum*, neque ex Nazaretha in primis, prophetam  
prodire posse, adseruerunt, ad Job. I, 47. c. VII,  
52. adeo me perstrinxit, ut in eam ingressus sim sententiam,  
eum non inutilem laborem suscepturn esse, qui reliquorum  
præjudiciorum, quibus gens Iudaica in causa Christi laborauit,  
examen institueret, eorumque futilitatem poneret ob oculos.  
Quae cum mente agitarem, mihiq[ue] ipsi a Patronis studiorum-  
que meorum Promotoribus necessitatem impositam viderem,  
specimen aliquod profectum in lucem emitendi: statui apud  
me, saltim unius, eiusque insignis, præciodicu[m] examen susci-  
pere; qui non dubito, non defore alios, quorum diligentia  
circa reliqua occupabitur. Habetur illud, quod iam innuo,  
præciodicium, quo probare volebant Iudei, Iesum verum  
Mesiam esse non posse Job. VII, 25-29 vbi adserunt, *sé quidem*,  
*vnde Iesus fit*, *scire*; *vnde non vero uerus Me-sias fit*, *neminem scire de-*  
*bere*. Ut igitur illud aboleam, in præfenti in eo ero, vt ori-  
ginem pariter atque futilitatem eius commonstem. Faxit me  
deus, vt feliciter!

### A 2

### §. II

## §. II.

*Connexio cum  
antecedentibus  
ostenditur.*

Ne vero temere ad ipsum negotium accedere videar, age, paucis, quantum satis est, nexum ostendam, quem sermo Iudaorum, a Iohanne consignatus, cum reliquo orationis corpore habeat; ut eo clarus adpareat, quanam occasione, quonam tempore, a quibusnam inprimis, et quonam cum successu, is, praeiudicij adiutor, Iesu oppositus fuerit. Rem igitur ab ovo repetere si voluerimus; redeundum mihi est ad cap V, 8. vbi narratur, Christum aegrotum aliquem, qui per integras XXXVIII. annos decubuerat, ad sanitatem pristinam non solum reduxisse; verum etiam grabbarum suum tollere, illudque domum portare iussisse. Qui quis erat aequus rerum arbiter; is non poterat non ad miraculosam illam sanationem, a Christo praefitam, obstupefcere, & simul misero, per tantum annorum tractum antea laboranti, iam vero feliciter curato, recuperatam sanitatem gratulari. Verum enim vero Iudei, interque eos in primis proceres, eam ipsam ob causam adeo in furorem vertebantur v. 16. vt Iesum neci dare decernerent. Capiebant nefandum illud consilium partim quod sabbati violati eum reum peragerent, partim quod patri, summo Deo, aequalem se faciendo, blasphemiae crimen commisisset v. 17. 18. Neque ab hac impia, pessimeque concepta, animi sententia dimoueri se patiebantur, quamuis Christus inde a v. 19. 47. plura, eaque prorsus egregia, ad suam causam defendendam, atque ad ipsos confutandos, protulisset. Interim quia tempus illud, quo ultimis perpersionibus perfungeretur, nondum adpropinquaverat, imminens sibi periculum euitaturus, prudenter in Galilaeam secedebat c. VI, 1. c. VII, 1. eamque tum miraculis, tum doctrina, quod Iesaias longe ante praedixerat, illustrabat. Existimare quis poterat, Iudeos interea temporis, vbi Christus inde a paschali tempore cap. V, 1. usque ad festum tabernaculorum cap. VII, 2. ab Hierosolymis abfuerat, a furore iniquissimo remisisse, odiaque aduersus Iesum concepta deposuisse.

Sed

Sed vero res multo aliter se habuit: etenim ex cap. VII, 11. 19. 25. 30. 32. luculenter patet, eos adhucdum eadem mente fuisse. Quod ipsum tamen eidem Christo non obstat, vtpote qui semper & vbique consilium patris sequebatur, quo minus se circa festi medium Hierosolymam conferret, fretus diuino auxilio cap. VII, 10. 14.

## §. III.

Cum vero hoc ipsum iter valde memorabile sit propter *Analysis cap. fata, quae Christus in eo subiit; paucis eorum censum institue VII. lob. datur.*

Occurrunt igitur hic 1) fata, quae Iesus ante iter suscep-  
tum ab ipsis cognatis expertus est, quorum animos, vtpote  
regni mundani opinione, quod Mesiam erectorum esse somnia-  
bant, fascinatos, minus sibi fauentes habuit cap. VII, 3-9.

2) Fata, quae sustinuit, cum Hierosolymis versaretur.  
Toleravit nimirum hic a) varia hominum iudicia, antequam in  
publicum prodierat v. 10. 13. quae partim *iniqua*, partim *aequo-  
ra* fuerunt. Ad *iniqua* referimus, a) quod eum v. 11. con-  
tempsime *exequor*, illum, quasi hominem nauci, cuius nomen  
excitare vix fas sit, vocauerint; b) quod eumdem v. 12 pro im-  
postore habuerint. *Aequius* tamen de eo sensu unt, qui v. 12.  
ipsum *vi·um probum* esse dicebant, ab omniim osturae suspicio-  
ne longissime remotum; quamuis pro temporum illorum con-  
ditione haec magis musitando, quam palam et publice signifi-  
carent v. 13.

Praeterea vero b) pluribus, iisque multum inter se diversis,  
iudiciis expositus fuit, postquam in publicum Hierosolymis  
processerat. Deprehendimus ea iterum a) admodum *iniqua*,  
siquidem N) contemtim de origine doctrinae eius locuti sunt  
v. 15. *quonodo*, inquiunt, *bis scripturas intelligit*, *eas non edocet?*  
Cum scilicet in ea haererent opinione, eos ad plebem pertine-

A 3 re,

re, qui academias suas non frequentauerant; de Iesu autem fama acceperant, eum ab iis prorsus abstinuisse: non dubitabant, ipsum quoque pro plebeio habere, contemtu suo prosequi, ipsiusque docendi potestatem impugnare. Sed vero haec Christus egregie discussit v. 16-19 vbi, non est, inquit, quod admiremini, me sine doctorum vestrorum auxiliis & nutu ad doctoris officium processisse: doctrina enim, quam vobis propono, minime a me est confita, tamquam a peruerso homine; sed pater meus caelestis cam me docuit, cuius quippe honori promouendo vnicet indulgeo. 2) quando nonnulli defaciebant hominum atrocissimo eum coniitio prosciderunt. Vbi enim v. 19. sanguinolentum procerum consilium, aduersus se conceptum, detexerat, illud vel ignorantes, vel se scire dissimilantes; *daemonum*, aiunt, *babeas, necesse est*, quod meatis lumine te privavit, atque in insaniam te vertit; *quis enim vnuquam de te occidendo cogitauit?* Huic improbisimae criminationi Iesus obuiam iuit v. 21-24. 3) quando alii ipsum non amplius serendum, sed plane e medio tollendum esse arbitrabantur, prae se ferentes, quod certo certius nosset, ipsum verum Messiam nec esse, nec esse posse, quia de veri nominis Messia, vndenam esset, constare non deberet; quod secus se haberet cum Iesu hoc Nazareno. Leguntur haec v. 25-27. et confutata deprehenduntur v. 28-29. Nihil tamen Christus sermone suo, ut ut solidissimo, profecit, quia plerique eorum iam callum contraxerant. Vnde eo, proh dolor! progressi sunt audaciae, ut ipsum adprehendere, atque ad yltimum supplicium rapere vellent v. 30.

Attamen fuerunt quoque 3) alii, qui de Iesu benignius arbitrabantur. Eteam ex v. 31. clare perspicimus, eos ea in Iesum fuisse mente, ut fidem ipsius verbis adhiberent, statuerentque, eum, nisi ipissimus Messias esset, prope saltim ad eundem accedere. Quae dum ira gerebantur, fama ad syndicos perlata est de iis, qui quidem ministros publicos, sibi huc vsque

vsque deditissimos, emittebant v. 32. vt Iesum, vi a populo abstrahunt, ad se adducerent; at irrito tamen conatu, quia ministri eorum, in stuporem quasi coniecti, diuina atque maxime arcana vi impediabantur, quo minus violentas manus ipsi iniicere possent. Haec ipsisimē ministri confiteri coguntur v. 46. quibus nihil reponere poterant prōceres, quam quod dolerent, ipsos quoque in errorem inductos esse, vna cum reliquo vulgo v. 47-49. vbi e contrario emunctioris naris homines fidem huic deceptoris non commodarent. Quam vesani vero hi sermones fuerint, Nicodemus v. 50. 51. ostendit, sibique longe aliam mentem esse, docuit. Iam quidem haud parum collegae interpellatione, prorsus inexspectata, perturbabantur; interim tamen saniora respuentes, omne praesidium in inanissimarum opinio-uncularum commemoratione ponebant v. 52.

## §. IV.

Cuncta quidem, quae Ioh. VII exhibentur, digna sunt ad curationi examine: interim tamen hac vice iis tantummodo immorabor, quae v. 25-29. continentur. Duo vero praeципue sunt, quae hic tractanda esse video, quorum I iudicium, quod nonnulli in causa Christi tulerunt, ad duictum v. 25-27. excusat; Ille vero responsionem Christi, ad hoc iudicium addatam, explicabit.

*Transitus fit  
ad tractatio-  
nem, ejusque  
sistitur parti-  
rio.*

## §. V.

Quod I ad iudicium attinet, eius ante omnia spectabimus a) occasionem proximam huius mirum, qui hoc iudicium tulerunt, interfuisse videntur sermoni Christi, a v. 14-24 recensito, quem cum ad populum, tamquam doctor v. 14. tum etiam adversus varias criminationes, quibus iniustissimo modo obrutus erat, habuerat, v. 15-24. In eo autem legitur, Christum a) sciscitantibus de doctrina sua origine respondisse, se eam a patre caelesti accepisse v. 15-18. & praeter ea demonstrasse, hostes quidem suos de lege gloriari, sed vanam esse

*Occasio proxi-  
ma iudicii ex-  
ponitur.*

hanc

hanc gloriationem, quum in proposito sit, ipsos eam minime omnium obseruare; quod vel ex eo pateret, quia se innocentem interficere adgredierentur v. 19. Cum vero hoc ipsum illi Iudei non solum praefraete negasset; sed etiam ipsum daemonicum esse blasphemie adseruisset v. 20. respondisse  $\beta$ ) Christus dicitur, se cum diabolo nihil omnino commune habere, atque hanc peccatitudinem calumniam ex praeclaro illo opere, quod in aegroto, sanitati restituto, edidisset, efficacissime retundi posse, nec quidquam ipsis causae suppetere, cur tor conuictis illud prosequerentur, quod sabbato illud patrasset; cum ipse metteret paterentur, ut circumcisio, a Moze praecepta, eiusque satisfactione, administraretur die sabbati v. 21-23. oppido igitur clare, quam turpissime personarum respectu ducerentur. Quae ubi Christus ita disputauerat, videntur alii sermonum Christi pertaesit facti esse; utque eorum continuationem interuerterent, sordidum suum iudicium de vniuersa Christi causa eructasse.

## §. VI.

*Iudicium ipsum  
legatur; vbi  
a) iudices.*

Quibus ita praemisis, iam b) ad *iudicium ipsum* proprius considerandum deuenio. Hic vero perpendi merentur a) iudices, qui erant *tives en tau Ιεροτολυμιτων* v. 25. Non itaque videntur illi, quorum disputationes euangelista in antecedentibus commemorauit, incolae Hierosolymitani fuisse, sed forte Galilaci, qui partim benigne, partim inclementer de Iesu senserant. Prae reliquis omnibus Hierosolymitani sibi sapientiores multumque digniores esse videbantur, etsi re ipsa reliquis essent praeiudiciis pharisaeis magis fascinati, propria iustitia, ex traditionum obseruatione comparanda, confisi, mortalium omnium pessimi, adeoque Christo quam maxime molesti. Hi *tives* tamen, quorum hic facta est mentio, sibi praeceteris Hierosolymitanis persuasissime videntur, se rerum intelligentia admodum excellere, seque solos acutum videre, si vel maxime alii ciues id non perspicerent. Vix dubium est, hos *tives* sectae pharisaeicae addictos, et de cetero viros spectabiles, qui cum qua-

quadam auctoritate iudicium suum se interponere posse confitabant, fuisse, quamvis inter ipsos syadros eos resferre nolim. Oportebat omnino cijus Hierosolymitanos, cum propiore rimandarum scripturarum sacrarum occasione gauderent, omnium primos Iesum verum Messiam fide complecti; alisque obsequii exemplum praeire. Verum enim vero prouti prophetae olim eos roties totiesque defectionis a Iehova insimularunt, quod ex *Ez. III, 8. Zeph. III, 1. sq. Malach. II, 11.* videre est, atque in primis predixerunt, Messiam iis offendiculo futurum *Ez. VIII, 14.* ita hunc animum satis superque ostenderunt, cum Messias inter ipsos versaretur, quem quippe omnium obstinatissime reiecerunt. *Mattb. XXIII, 37.*

## §. VII.

Quos male in Iesum animatos descripsi iudices, eos multum meliores fisiit HEYMANNVS, Vir celeb. in der Erklärung des neuen Testaments, P. III. ad h. l. vbi dicit: Diese kamen jetzt an, und da sie Jesum in dem Tempel öffentlich lebten haben, so wunderten sie sich nicht wenig, daß der hohe Rath solches geschehen lasse. Sie wußten daß der hohe Rath ihnen bisher nach dem Leben gestellt habe. Da nun Jesus jetzt die Freyheit genoss, in dem Tempel zu predigen, so kamen sie gar auf die Gedanken, es habe der hohe Rath seine Meinung geändert, und erkenne nun mehr, daß Jesus allerdings der Messias sey. Wir sehen daß diese Leute Zweifler sind. Sie sind nicht ganz Ungläubige, weil sie wissen, daß Jesus Wunder gethan. Sie wollen aber, daß er der Messias sey, alsdenn erst recht glauben, wenn der hohe Rath diesen Auspruch gethan hätte. Sed vix a me impetrare possum, ut pedibus eam in Viri Ven. sententiam. Et enim **I** eos non nunc demum superuenisse, satis patet ex particula *Ev. v. 25.* ab ipso neglecta, quae lectorem omnino ad antecedentia remittit. Vbi scilicet audierant, quanta cum libertate Iesus adversus infensissimos hostes disputasset; *tum ipsi quoque intercedunt, rei indignitate quasi moti, dicentes: nonne hic ipse est, quem neci destinaverant principes; et ecce, nibilominus*

B

tamen

tamen cum parrhesia iam loquitur, nemine impidente? Deinde  
**2)** non intelligo, qui defendi queat, hos hierosolymitanos non  
quidem omnem fidem Christo denegasse, sed iudicium suum  
tantum in causa eius suspendisse, vsque dum synedrium edixis-  
set, ipsum verum Messiam esse. Cum enim v. 26. ex adstanti-  
bus quasi sciscitari videantur, utrum fortassis principes cerri es-  
sent, Iesum hunc esse Messiam: tum statim v. 27. subiungunt:  
sed hunc nouimus &c. Particula αλλα satis docet, eos non exspe-  
ctasse, vt a dubiis suis liberarentur, a tynedrio huius senten-  
tiae promulgationem, in quam quippe, si characterum Messia-  
norum memores esse velint, numquam ingredi possent: se enim  
certo certius scire (οιδαμεν), vnde hic Iesus sit, cum tamen de ve-  
ri nominis Messia hoc sciri non debeat. Nam vero qui profitetur,  
se certo cognoscere, quod aliquis insigni quodam charactere  
Messiae destitutus sit, is minime inter fluctuantes ea super re  
referri potest.

## §. VIII.

**α)** *Iudicium ipsorum, idque duplex. Exponitur triplum.*

Lustratis iudicibus, pergo **β)** ad *ipsum iudicium*, quod du-  
plex est. Aliud enim **N)** ferunt de *synedrorum moribus erga Iesum*,  
quos pro temporum varietate diversos esse suspicantur. Atque  
hic quidem **1)** priores indirecte adprobant v. 25. nonne, inquiunt,  
hic, quem prae contemni ne nominare quicquam volunt, est  
is, quem nuperrime adhuc interficere studebant? Supplendum est ex  
v. 26. vocabulum αεχοντες, principes, primores populi, syn-  
edri. Synedri enim proceres constituerant firmiter, se non  
prius quieturos, quam Iesum e medio sustulissent. Interro-  
gatio, qua vtuntur, pessimi hominem, non solum sensus adfir-  
mativi, verum etiam cum singulari adprobatione coniuncta est.  
Quo animaduerso, obuium erit, eos adstantibus tacite perhibe-  
re voluisse, recte quidem Synedrii adsesores necem Iesu,  
tamquam Sabbati transgresoris, turpisimique impostoris, qui  
Messiae nomen mentitus esset, decreuisse; sed valde grauiter-  
que dolendum, quod a consilio, tam sapienter, tamque reli-  
giose,

SENTENTIAE IVDÆORVM ETC. II

giose, inito, vel omnino discesserint, vel saltim illud hucusque executioni non dederint.

§. VIII.

Id ipsum eo magis ex eo intelligitur, quando 2) posteriores Pergitur in mores synedrorum baud obscure improbant. Et ecce, aiunt, cum hoc negotio. parabesia loquitur; et nihil ipsi dicant. Numquid fortassis fere cognoverunt principes, quod hic vere sit Christus? Dicendum hic est t) de facto quadam Iesu, circa quod synedros suos non recte versari pronuntiant. Et ecce! quae effrenis est huius hominis, qui verbis et comminationibus coerceri non potest, audacia, nullum modum & finem habitura, deposito omni pudore metuque, et posthabita, quam magistratui debebat, reverentia, cum parabesia loquitur. Vox quidem ταρρωνία varia in exteris pariter, atque in sacris, et ecclæsiasticis significat, ut vel ex SVICERI thes. ecclæs. atque ex HAMMONDO in periphrasi ad Job. VII, 4. videre est. Significat enim generalissime, quod vocis origo indicat, eam hominis conditionem, qua omnia dicere adgreditur, quae vel in mentem veniunt, vel e re sua esse arbitratur. Hinc habet notionem orationis liberae, nihil reticentis. Cum vero id vel iure meritoque fiat, vel temerario quadam ausa: itaque, si prius species notat libertatem, potestatem, ius loquendi Act II. 29. Qua si in primis vtimur, veritatem pro dignitate eius aut officii ratione profiendo; tum idem est, ac cum auctoritate loqui; si vero ea libertas et potestas dirigitur adversus aliorum criminaciones; tum intrepidum rerum optimorum desponsionem designat, e. c. Act. IV, 13. c. XIII, 46. Si ea conspicitur in periculis, tum fortitudinem, animum impetrerit, qui cum loquente coniunctus est, inserviat Io. VII, 13. Si vero ea locum habet circa delinquentes; tum libertatis reprehendendi significatum induit, quem ISIDORVS PELVSIOTA ei aliquando tribuit. Si autem posterius respexeris; tum licentiam et temerariam loquendi audaciam infert. Vtrumque fieri potest, et plerumque solet, palam et publice, in corona hominum, et praeterea perspicue, evidenter, sine

verborum ambiguitate et circuitu; inde evenit, vt et hae ipsae notiones huic voci adhaereant. Vide de illa *Iob.* VII, 4. *cap. XI,* 54. *Colos.* II, 15. de hac *2 Cor.* III, 12. Iam quidem si ipsum Christum contemplatus fueris; is omnino ius fasque habebat, oratione libera, nihil reticente, vtendi, cum auctoritate gravissima doctrinae suae capita inculeandi, intrepidam sui veritatemque propositarum defensionem suscipiendo, robur mentis suae in maximis periculis demonstrandi, et hostium suorum calumnias reiundendi, idque aperto sermone, audientibus omnibus. Quae sicuti de veri nominis Messia in V. T. Pandetis sunt praedicta, atque inter characteres eius relata, e e *Psi.* XL, 10. *Psi. LXXVIII,* 2. ita in N. T. libris leguntur copiosissime impleta; quo pertinent, praeter hunc, quem tractamus, locum, ea, quae *Matth.* VII, 28. 29. *Marci* I, 22. *Luc IV,* 32. habentur. Interim tamen facile intelligitur, nunc non tam quaeri, quo sensu Iesus cum parrhesia loqui potuerit, & re ipsa locutus sit; quam potius, quo sensu acerrimi ipsius adversarii commemorauerint, cum ēv παρηγονται locorum esse? Quem ad scopum si attenderimus; tum sine omni negotio obuium erit, excludi iam omnes illos significatus, qui, quod in laude ponitur, spirant, atque e contrario huc aduocando esse illos conceptus, quia ad taxandum Christum, odiumque ei confundendum, & pungendos Synedrii adsesores, aliquid facere poterant. Cum igitur, vt supra me obseruare memini, παρηγονται proieclam audaciam, culpabilem liceniam quidlibet eructandi, quod in buccam venit, aliquando significet; atque illi, quibus id ipsum sollempne est, nihil sibi obstare patientur, quo minus palam & publice, in hominum corona, coram piebe, sua prorudant: hoc sibi in primis volunt nasutuli illi censores, Iesum iudicum patientia & longanimitate, aut potius somnolentia, publicaque salutis neglectu, adeo insigniter abuti, vt vel in ipso templo, v. 14. loco sanctissimo, vbi hoc omnium minime fieri debebat, in concione plurimorum hominum, perficta fronte, palam et publice, fonna

nora voce, obuiis quibusuis, adhibitis omnibus verborum le-  
nociniis, infastos suos errores persuasum iret.

## §. X.

Nunc vero † dicendum est de moribus ipsis synedrorum, *Idem agitur.*  
 quos sibi displicere satis aperte perhibent. Hic vero spectandi  
 veniunt <sup>2)</sup> mores ipsi: et nihil ipsi dicunt, λεγειν h. l. cum adfectu  
 et effectu capiendum est, ita ut *inreparationem et coercionem* com-  
 plectatur. Innuere nimur volant, synedros officio suo parum  
 satisfecisse. Tantum enim abesse existimant, ut hominem ad excessum  
 usque audacem, e medio sublaturi, ad decretum promeritum  
 que supplicium rapuerint, ut ne verbis quidem durioribus do-  
 cuissent cives, se alienissimos esse ab eius consiliis. 2) *Fons,*  
*ex quo hi mores profluxisse videri queant, enarratur.* *Numquid for-*  
*tassis vere cognoverunt principes, quod hic vere sit Christus ille?* *Ae-*  
*xovtes* quidem generatim vocantur, qui praefunt aliis, quales  
 sunt *principes, primores, proceres, rectiores;* in N. T. libris tamen  
 speciatim *doctores publicos, sollemniter constitutos, et pro talibus*  
*habitos, denotat, e. c. Iob. VII, 48 etc.* Quia vero ex his  
 deinde capita synagogarum et membra senatus eligebantur: ita  
 que aliquando haec vox in primis ad *synedros et praefectos synagoga-*  
*rum, ac nominatim ad archisynagogos* transferrur. Vide Aet. III,  
 17. c. IV, 8. c XIII, 27. vbi ad *adsesores synedrii* restringitur,  
 et Matth. IX, 18. 23. coll. Luc. VIII, 41. vbi de *archisynagogis*  
 occurrit. Conf. WOLFII curas. ad Iob. III, 1. et LAMPIVUM  
 ad l. c. Hic quidem nonnisi *synedrii membra* innuuntur, atque  
 de iis quaerunt, virum fortassis vere, ex certis indubitatisque  
 criteriis, cognoverint, hunc vere esse illum promissum Messiam?  
 Requirunt igitur non qualemcumque, sed cum certitudine con-  
 iunctam, cognitionem de eo, quod hic vere, postquam plu-  
 res nomine Messiae falso prae se tolerant, sit Messias. Ceterum  
 haec quaestio *aa)* est *sensus negativi.* Arbitrabantur enim, infal-  
 libiliter constare posse, Iesum Nazarenum minime verum Mes-  
 siam

siam esse, adeoque vix suspicio loçum relinqui, synedros hoc negotium aliter inspexisse. Interim bb) haec ipsa quaestio simul est cum ironia quadam, aut, si mauis, cum sarcasmo, coniuncta. q. d. *Es s̄einer fast, als wenn unsere Oberſten es recht überzeugend eingesetzen hätten, daß dieser kein Betrieber, sondern der wahre Mefſias ſey.* Man follte dies bey nahe aus ihrem itzigen, von dem vorigen ganz verſchiedenen, Beträgen ſchließen. Dies müſte doch aber wunderlich zugegangen feyn. Quae itaque reuera principum somnolentiae, turpi in religionis negotio teori, suppresso adverſus impostorem zelo, timiditatique culpabili, tribuant, ea ad curatori cuidam cognitioni, nouiter adquisitae, diſectione a priore fententia, in speciem saltim tribuere, volunt videri Vix opus eſt, vt commemorem, deesſe in quibusdam codicibus & versionibus  $\alpha\lambda\eta\theta\omega\varsigma$ , ſive prius, ſive posterius; poſtquam duumiri, ſupra excitati, vtriusque γνωσιτητα ſatis ſuperque euicerunt.

## §. XI.

*Exponitur ſe-  
cundum iudi-  
cium.*

Iam me 2) conuerto ad alterum iudicūm, quod iniqui illi censores ſuper Iefum ipsum eiusque cauſam proposuerunt, v. 27. Quod vi rite perpendamus, obſeruabimus I. eos ex ſuamente aliquod criterium, ex quo verus Mefſias cognosci debeat, proferre. *Quam Mefſias, inquiunt, venerit; tum nemo cognoscer, vndenam ſi.* Connexio cum antecedente ſermone facile deprehenditur. Dicere enim quaſi volunt: quidquid horum ſit, ſive synedri consilium, re alierte inspecta, mutauerint, ſive ex frigidiori im- poſtorem reprimendi ſtudio egerint, nos saltim, quid hoc de ho- mine ſentendum ſit, certo ſcimus. *Mefſiam enim eum non eſſe, exinde nobis liquido conſtat, quod infallibili aliquo Mefſiae criterio conſpicuus non ſit.* Hic omnia, ſi genuinum lo- quentium ſenſum perſpicere voluerimus, redeunt ad explicatio- nem vocum ποθενεſι. Utque eum eruamus, (1) perceſebimus diſertas, quae cum hiſ verbis conneſti queunt, noſtiones. Poſſunt itaque haec voceſ a) de maioribus, atque inprimis de paren- tibus

bus, vel in uniuersum quoque de origine et modo generationis accipi, quod scilicet Messiae maiores, parentes, et generationis ratio omnino ignorari debent. Deinde 2) de loco natali accipi queunt, quod nimurum Messiae patria ignota esse debeat. Posunt praeterea ejus de loco manifestationis sumi, ita ut significare velint, nemini innoscere debere, ex quoniam loco Messias proditus sit, cum se aliquando conspiciendum praebuerit. Denique possunt verba nostra d) de eo capi, cuius natus, iussu et auspiciis Messias sit venturus.

### §. XII.

Sed iam nostrum est ostendere (2) quamnam ex hisceno-  
tionibus illius aetatis Iudaei praecipue intenderint. Ad primam  
igitur notionem, §. antecedente indicatam, quod attrinet, eam  
ex parte huic loco adplicamus, ex parte vero ab eo sciungimus.  
Scire enim Iadai poterant ex prot euangelio, quod Messias hu-  
mana natura sit usurus, quia mulieris semen adpellatur, Quid?  
quod, nouerant, quod ex Noebo, eiusque filio, Semino, porro  
ex Abrabamo, Isacco, Iacobo, Iude ac Davide sit nascendus. Cui  
accedit, quod Moses, quem summum V. T. colebant prophetam,  
ipsis praedixerit, fore, ut Deus ipsis prophetam, qualis  
ipse esset, excitaturus sit ex fratribus suis. Dignus est locus R.  
Bechai ad Levit: XXV, 48 f. 149. vbi ad verba: unus ex fratribus  
vindicabit illum, commentatur, qui hic existet; Intelligitur,  
ait, Messias, qui ex tribu praecipua, Iude scilicet, ortum habuit.  
Sed in genere aliquis EX FRATRIEVS requiritur, qui sit CARO ET  
SANGVIS, sicut fratres ex patre et matre natus, ad formam Mosis,  
vindicis prioris. Praeterea nosse poterant, praeeunte Iesaiā, c.  
VII, 14. a virgine eum miraculosa ratione in lucem edendum  
esse. Quod vaticinium si conferebant cum primo euangelio;  
tum distinctius simul perspicere valebant, cur Messias mulieris  
in primis semen vocatus sit. Ipsos vero illius aetatis Iudeos non  
solum potuisse ad hanc de ortu Christi cognitionem pertingere;  
sed etiam reuera ex parte pertigisse, id vel ex nonnullis poste-  
riorum

Eius sensus  
evoluitur, &  
quidem quoad  
notionem pri-  
mam, quae  
dictioni adibi-  
te adhaerere  
potest;

riorum temporum scriptis haud obscure percipitur. Etenim in MIDRASCH ECHA expressis verbis futurum traditur, ut Messias sine patre nascatur. Idem habet R. SIMEON BEN JOCHAI in Genesin, et R. MOSES HADDARSCHAN in Breschith rabba, citante Galatino, de arcan. cathol. verit. l. VII. c. 14. Plura, quae huc faciunt, dabit b. DANZIVS in disf. partus virginis miraculosus, §. VII. sgg. quibus iam non immorabor. Videntur quoque Iudei Messiae aeuo, ad duos illum V. T. oraculorum, aliquid de eo peruidisse, quod Messias plus quam merus homo, filius scilicet Dei, futurus sit. Non solum enim clara huius rei vestigia obseruantur in N. T. libris, quo pertinent Nathaneelis ad Iesum directa oratio, Job. I, 49. atque Petri sollemnis confessio, omnium apostolorum nomine concepta, Matth. XVI, 16. in primis vero Caiphæ institutum, quo Iesum adiurat, ut aperte profiteretur, virum ipse Messias, FILIUS ALTISSIMI, eset, an minus; verum etiam in scriptis sequiorum temporum haud pauca, quae huc faciunt, obseruare licet. Hinc in TIKKVNNE SOHAR c. 67. sub finem dicitur; dari Adamum in imagine Dei S. B. quae eset EMANATIO, quae in eo consistat, ut non sit creatus, non formatus, non factus, sed emanaverit. Insuper cap. 62. refertur de Eleasare, ipsum pronuntiasse, Schechinam non creatam esse, sed emanasse. Meretur hic conferri FRISCHMVTHI Disf. de Messia, Dei filio. Ut ut vero de conditione Messiae diuina quedam perspexerint; eam tamen sibi obscuren esse professi sunt, valdeque occultaram. Inter alia in SOHAR Genes. fol. 3. ad וַיָּאמֶר Gen. I, 3. haec leguntur: intelligitur potentia elevata, quae prodiit SILENTER ex mysterio Dei, qui non habet finem, in mysterio cogitationis - - ille generavit SILENTER, sic ut de ea re plane nihil inauditum sit. Item in TIKKVNNE SOHAR c. 19 f. 41. scribitur: ille certe est Adamus, quem causa causarum ad imaginem suam creauit ABSCONDITE ET LATENTER. Denique in SOHAR CHADASCH, f. 49. 4. vocatur cogitatio abscondita, additurque, in eo est intelligentia sapientiae, QVAE SAPIENTIBVS TRADITA ET NON TRADITA EST, quae foris

*ris non revelata est.* Ad eundem modum, sibi ignotum esse, prae se ferebant, quo accurate modo, si humanam ipsius naturam respexeris, procreandus sit. Quum itaque vage quidem sciuerint, Messiam a Deo generatum dici posse, humanaque natura, ex virgine adsumenda, quae originem suam ad tribum Iudaicam, et nominatim ad familiam Dauidicam, referret, induendum esse, de cetero vero nesciverint, qua ratione tumultu contigerit, tum hoc futurum esse queat, ut sine parente naturali in lucem edatur: hinc adserunt in nostro textu, *seignoratos esse, vnde natu Messias venturus, et quae ratio existentiae ipsius futura sit.* Noui, *TOLETUM in comment. ad h. l. scriptis, Iudacos, ignoratum iri, credidisse, ex quibus parentibus in particuliari Messias proditus sit.* Quae si intelliguntur de tempore, natuitatem Messiae antecedente; et in primis de virgine, eiusque proximis maioribus, ex quibus Messias descensurus sit: tum nihil quidem est, quod moneam. Sed tum ad locum praesentem non pertinent, ubi sermo est de criterio, ex quo diiudicare volebant, *vtrum Iesus, iam existens, verus Messias, vti nonnulli sibi persuaserant, sit, an minus.* Si vero haec capiantur de tempore, natuitatem veri Messiae insecurum, sensus que sit, post editum eum adhucdum ignotum mansurum, a quanam virgine, a quibusnam maioribus, descensurus sit: tum hanc interpretationem pro falsa habeo. Si enim nec de matre, nec de matris progenitoribus, aliquid rescire possint homines, Messiae coaeui: qui demonstrare poterunt, eum ex familia Dauidica ortum suum *natura gena* traxisse? Vnde valde miror, quod et ipse acutissimus HEVmannus huic sententiae colulum adiecerit, cum dicit: *wōdevesi heisst demnach, von welchen Eltern er sey.* Immo potius vertendae erant haec voculae; *man wird nicht wissen, wie es mit seiner Geburt und Entstehungsart zu gegangen sey.* Atque hanc ipsam explicationem postulat ḥyriθεσις, quam ex hoc criterio aduersus Christum formabant. Confirmat, quae haftenus de Iudacorum ignorantia circa originem et natales, Messiae dixi, R. ISASCHAR BER, in ep. ad WAGEN-

SEILIVM, vbi inquit, Iudeorum esse, vt frenum imponant ori ad non loquendum amplius quidquam de rebus Messiae: sunt enim, ita pergit, res hae profundae et reconditae, et quanto plus quis in eis proficit, tanto magis reprehendet, MESSIAE NATIVITATEM et aduentum longissime captum eius excedere, et mysterii huius profunditatem esse imperscrutabilem.

## §. XIII.

*Quoad notio-*  
*nem secundam.*

Sed pergendum est ad reliquas notiones, §. XI. recentitas, videndumque, utrum ad illas quoque oculos suos intenderint Hierosolymitani. Si igitur de secunda, a loco natali desumpta, dicendum est; eam hic prorsus excludo. Non solum enim anterioris aetatis Iudei ex Michae vaticinio cap. V, 1. iam dudum perceperant, Messiae patriam Bethlehemum fore; verum etiam ea ipsa sententia adeo inualuerat, ut Christo iam nato, tum Synedrii adfesores Math. II, 5. 6. Herodi, de patria Messiae interroganti, promte responderent, Messiam Bethlehemum urbe, seu patria, usurum esse, tum vero etiam ignobilioris fortis homines Ioh. VII, 42. eadem se in eos esse significarent. Possent plura super hac ipsa re recentiorum testimonia proponi, veluti ex TARGVM, BERACHOTH, ECHA RABBATHI, ET BERE SCHITH RABBA: sed cum iis vix opus sit, eaque SCHOETGENVS T. II. hor. ebr. p. 527. cum lectoribus suis iam communica verit; lubens ab iis exscribendis abstineo.

## §. XIV.

*Quoad notio-*  
*nem tertiam.*

Conuerto itaque me ad tertiam notionem, inquisitorum, num fortassis ad locum manifestationis Messiae respexerint. Ad firmat hoc LIGFOOTVS in horis ebr. ad h. l. fide plurium monumentorum Talmudicorum et rabbinicorum. Itain HIEROS. BERACHOTH. f. 5. 1. et MIDRASCH ECHAH, f. 68. 3. fatentur, Messiam ante sua tempora omnino suisce natum Bethlehami, sed illico abruptum, absconditum, et non inueniendum; ideoque matrem Messiae conquerentem l.c. BERACHOTH prohibent,

hibent, qnod venti & turbines tenebant, qui ipsum ex manibus suis eripuerunt. Utque suae sententiae quendam colorem inducant, nonnulla aduocare solent ex V. T. libris, quibus fata Messiae illustrare student. Sic R. BERECHIAS IN PESICTA nomine R. LEVI dixit: quemadmodum Goel primus (Moses) fuit; sic etiam Goel postremus (Messias) erit. Quidnam accidit priori isti? Respondet, adparuit ipsis et rursus ab ipsis abiit. Sic quoque Goel postremus adparuit ipsis et rursus abiit ab ipsis. Item in MIDRASCH SCHIR f. 16. 4. haec habent: Dilectus meus est similis capreae binnum quoce ceruorum Cant. II, 9. Caprea adpareat & occultatur. Sic redemptor primus adparuit, et fuit occultatus, et tandem adparuit iterum. — Sic redemptor posterior reuelabitur iis, atque iterum abscondetur ab iis. Inde etiam est, quod Messiam nonnulli in paradiſo quaerant. Patet id inter alia ex SOHAR EXODI f. 3. col. 12. vbi dicitur: veni et vide, in paradiſo inferiore LOCVS EST REMOTVS ET ABSCONDITVS, in quo reposita sunt mille palatia argentea. ET NEMO INGREDI TVR, NISI MESSIAS, QUI SEMPER IN PARADIſO VERSATVR etc. Praeterire non possum insignem TRYPHONIS locum, qui apud IUSTINVM f. 174. opp. exstat, atque ita habet: Qui Christus, si quidem natus est, et alicubi exstat, ignotus est. Ac ne ipse quidem se ipsum seit, neque potestate aliqua praeditus est, donec adueniens Elias illum vxerit, et manifestum omnibus reddiderit. Quae cum ita sint, concipiunt, monente LIGFOOTO, dupliem manifestationem Messiae. Primam in Bethlehemo, post quam factam illico occultandus et latiturus sit; alteram vero ita comparatam esse putant, vt nemo cognitus sit, unde nam et quomodo aduenerit. Faciunt cum LIGHTFOOTO plures, interque eos 10. GVIL. BAIERVS in diss. de Phoenicis Iudeorum lob. VII, 27. cap. III §. VII. sqq. p. 42. sqq. nec alienus est ab eodem FR. AD LAMPIVS in comment. ad b. I. Grauiter ramen et speciosissime disputat contra hanc sententiam celeb. HEVMANNVS in libro supra laudato, ratus, quod, quaecumque de duplii Messiae manifestatione dicuntur, inter re-

centiora commenta, a Iudeis tum demum confusa, vbi tempus, aduentui Messiae praesinitum, iam dudum elapsum erat, referri mereantur. Et sane videri poterant Iudei, quos Christiani, pro Iesu diuinitate, ex temporis a Daniele constituti articulo, efficacissime perebant, hoc effugium cum solum in finem excogitasse, ut cause sue desperatae vicumque consulerent. Quoties enim Christi ciues ipsis obicerent, statuendum utique ad ductum prophetarum, Messiam iam aduenies: toties respondere poterant pro ista hypothesi; immo vero, advenit omnino, sed latitat, neminique nostrum cognitum est, quonam ex loco aliquando sit proditurus. Interim cum huirs traditionis mentio iam in pandectis Talmudicis facta sit; haec autem plerumque farraginem placitorum, iam diu ante receptorum, complectantur: ego quidem non putauerim, LIGT-  
FOO TI cogitata illico abiicienda, et pro iis, quae huic textui explicando minus idonea sint, cum HEVMANNO habenda esse. Corroborari potest mea opinio 1) ex eo, quod TRYPHO, restante IVSTINO M. seculi secundi patre, iam eadem traditione nitatur, quam haud dubie ab aliis, qui aerati Christi viciiores fuere, accepit, sicuti hi iterum ab aliis eam accepisse censendi sunt: 2) Ex eo, quod nihil obstat, quo minus iidem, qui aevo Christi diserte fatebantur, Messiam Bethlehami nascendum esse, simul, minus nimirum recte intellectis quibusdam V. T. oraculis, de quibus infra videbimus, in eam sententiam ingredi potuerint, ipsum in lucem editum mox dispariturum, suo vero deinceps tempore iterum ad futuram, ita tamen, ut nemo perspecturus sit, vnde nam aduenerit. Fieri igitur non potest, ut, admisso priori, tollatur posterius. Posunt utique ambo adserre citra contradictioni suspicionem, dummodo certa sunt paria, ab uno eodemque subiecto admitti. Forte etiam satis commode aliquis N. T. locus ad ductum hujus Iudaicae sententiae vel explicari, vel saltim illustrari poterit. Innuo Job. VII, 33-36. vbi ex Christo, abitum suum ad patrem praedicente, sarcastice quaerunt: *num quid ad terras gentium, quas inter nos irates diffiseris?*

dispersi sunt, profecturus, ibidemque gentes docturus est? Quid enim  
fibi volunt verba illa, vbi dicit; quaeretis me, et tamen me non in-  
venietis, atque vbi ero ego, eo vos non poteritis veniri? Fortassis  
igitur haec horum irrisorum mens fuit: Est, dicere volunt, in-  
ter nos traditio, qua adseritur, Messiam primum existitum,  
deinde iterum disparitatum, denique vero ex loco prorsus ignoto  
preditum esse. Videtur itaque hic πλάνος, ut noua quadam  
ratione mentiatur verum Messiam, haec in mente habere, se  
nostris oculis aliquamdiu subducere, et post hac ad nos reverti  
velle, nouis stratagematibus ad decipiendos incautos usurpans.

## §. XV.

Supereft, ut de quarta notione paucis agamus, vbi dictio  
ποστεν εστι de eo valere posset, cuius natus, iussu atque auspiciis Mes-  
sias venturus sit. Hanc vero, si de sensu affirmatio sermo insti-  
tutur, quaeriturque: vtrum a Deo excitatus esse debeat? alo-  
co praesente prorsus arcemus. Erat enim inter Iudeos extra  
omnem dubitationem positum, Messiam, Summi Dei auctori-  
tate et iussu suffulatum, comparirum esse. Admitimus vero  
eamdem, si negativus sensus ei substernatur, quod scilicet is ve-  
rus Messias non sit, de quo scitur, ipsum ab hominibus, vel  
diabolo instigatum, vel suo ipsius arbitratu, in medium pro-  
diisse.

*Quoad natio-  
nem quartan-*

## §. XVI.

Liceat ex haec tenus dictis maiorem propositionem illius ar-  
guimenti, quo Iudei disputabant aduersus Iesum, confidere,  
atque adeo omnem eorum mentem, quam abrupto sermone in-  
dicare voluerunt, significare. Fundamenti itaque loco hanc po-  
nunt propositionem. *Quisquis verum Messiam se esse proscicet,*  
*illus 1) ratio existendi s. modus habendi existentiam;* et deinde  
*2) locus manifestationis omnino ignotus sit, necesse est;* neque  
*3) de ipso perspectum esse debet, quod vel suis ipsiusmet, vel hu-  
iis aut illius hominis, vel mali cuiusdem genii, auspiciis ve-*

*Ex dictis ratione  
Iudaicorum ar-  
guimento si-  
stetur, et di-  
judicetur.*

nerit. Displacet mihi ante omnia in hac aduersus Christum habita disputatione, quod adeo uniuersaliter enuntiauerint, quandocumque *Messias* venit, si venturus est, tum nemo sciet, underam sit: cum tamen ad duictum oraculorum V. T. et puriorem Iudaicæ ecclesiae theologiam, quæ ipsorum aetate nondum plene intercederat, plura de ipso nosse poterant, nosque debebant, quorum censum supra §. XII. sqq. institui. Ipsorum ergo erat, ut saltim maiorem suam ita limitatam proponerent, atque a me factum est in antecedentibus. Deinde vero, quamvis nonnihil veritatis ipsorum placito insit, quod de modo, quo haber *Messias existentiam suam*, qui omnino in occulto later, me supra §. XII. obseruasse memini; interim tamen falsi quoque aliquid eidem admiscerunt, quo ea referre non dubito, quae de loco manifestationis *Messiae*, aliquantis per latentis, commenti sunt (§. XIV.). Poterant enim vel ex *Iesiae VIII*, 23. et IX, 1. perspicere, *Galilæam* in primis, utut spississimis tenebris fere sepultam, eam fore prouinciam, in qua manifestandus, et quam doctrina pariter atque egregiis facinoribus illustraturus, et ex qua suo tempore proditurus esset *Messias*. Non quidem me fugit, hodiernos Iudeeos hoc lumen, in *Galilæa* exoriturum, minime de *Messia* explicare, sed in alia omnia abire; interim tamen neque illud obscurum est, quod non nisi absurdissima quævis, quæ loco *Iesaiano* rite inspecto, plane conuenire nequeunt, proferant; vii ostendit *SVR E N H V S I V S* in β.3λω ονταὶ λαργη p. 216. sqq. et *VITRINGA* ad l. c. Atque id mihi iam sufficit, quod, nisi oculos malitiose oclussissent, utique ad meliorem cognitionem pertingere potuisserent. Cui praeterea accedit, quod saltim nonnulla occurrunt in veterum Iudeorum scriptis vestigia, ex quibus discitur, ipsos non omni huius veritatis notitia destitutos fuisse. Etenim in *SOHAR GENES.* f. 744. aperte dicunt: *reuelabitur Messias in terra Galilæa.* Legi quoque hic meretur b. *EV D DEI* Disf. de *Galilæa rebus geslis Christi clara.*

§. XVII.

## §. XVII.

Sed quaeritur: quanam occasione Iudaei hoc sibi criterium formauerint, ex quo agnoscere voluerunt veri nominis *Oceasō, earum argumen-*  
*Messiam? Refert b. LAMPIVS ex MSto quodam BEZAE, hunc statuisse, antiquissimos Iudeos haud dubie hoc criterium sano sensu constituisse, recentiores vero illud in peruersum sensum traxisse: voluisse tantum priscos, ad ductum plurium V. T. locorum eodem innuere, homines circa aeratem Messiae tanta ignorantia laboraturos, inque tanta confusione animorum et rerum versaturos esse, ut plaus ignoraturi sint, vndenam Messias sit venturus. Quae BEZAE cogitata si amplexus fuerit simul patet, hoc ipsum criterium valde ominosum fuisse, et de peruersissima Iudaicae gentis indole, qualis circa Messiae aetatem futura sit, praesagium quasi perhibuisse. Si vero quaeritur; quanam sint illa V. T. oracula, quae forte occasionem dederunt huic criterio vel formando, vel saltim stabiliendo? tum respondeo, haud improbabiliter hoc referri *Iesiae LIII,* 1. 4. vbi propheta statim v. 1. exclamat: *cumnam brachium domini reuelatum est?* Ferri potest, quod ipsi Iudei per *brachium domini* Messiam intellexerint: sed ipsorum quoque erat, ut simul ex contextu difserent, quod haec ignorantia suae ipsorum negligentiae et culpae debeat. Fortassis etiam ipsis quaedam occasio descendendi in hanc sententiam subnata fuit ex loco *Michae cap. V. 2.* vbi *de egreſſionibus Messiae ab aeterno* sermo est, quas usque nemo profunde cognoscere valet, quamuis exinde non sequatur, intelligi plane non posse, vndenam Messias sit venturus. Quod vero in primis crediderint, *tocum manifestationis Messiae* sibi incognitum fore, id potissimum ex *Malachia III,* 1. repeti posse videtur, vbi dicitur, *angelum foederis* *sveito arque ex improviso* ad futurum. Hunc vero textum istud, quod forte voluerunt Iudei, non probare, vel me non monente palam est. Alii alios praeterea textus excitant, quibus suum criterium Iudeos putant superstruxisse; sed nolo his, tamquam incertioribus, immorari.*

*i. a. argumen-*  
*tariſint, erui-*  
*tur.*

## §. XVIII.

## §. XVIII.

Offenditur, quomodo suum iudicium ad Iesum diiudicandum transtulerint. Quibus ita enarratis, iam videbimus 2) quomodo hoc criterium ad Iesum applicent v. 27. Alla facit apertissimam certitudinem inter veri nominis Messiam, genuino, quod iactabant, criterio ornatum, atque inter Iesum, eodem secundum eorum opinionem destitutum, quem nonnulli pro vero Messia venditauerant. Verum enim vero, inquiunt, hunc, vilissimum hominem, hunc quod attinet, scimus nos omnes, non forte improbabili coniecturae innixi, aut leui probabilitate industi, sed certo certius, in re quippe satis explorata et dudum confecta versantes, vnde nam sit, quocumque demum modo eundem contemplemur. Siue enim naturam eius spectemus; nonnisi merus homo est Iob. XI, 47. siue de parentibus ipsius verba facienda sint; tum ab ignobili femina, Maria, quae Iosepho, tenuissimae fortunae fabro lignario, nupsit, ante complures annos in lucem editus est Lyc. III, 23. c. IV, 22. Iob. VI, 42. Atque hi ipsius parentes adeo ab opibus relikti fuerunt, ut filium nequidem magistrorum institutioni tradere potuerint Iob. VII, 15. sed, necessitate compulsi, inde a prima pueritia suo opificio addixerint. Marci VI, 3. Cognatis porro virtutur, qui in servili conditione inter contribubiles versantur. Matth. XIII, 55. 56. Siue ad locum eius natalem nobis deueniendum est; inter omnes constat, ipsum non prodiisse ex sede familie Davidiae praecepua, Bethlehem, sed potius ex contemptissima Galilaea, natumque esse inter abiectissimos Nazarethanos Iob. VII, 41. 42. Galilaeam autem prophetarum haud esse feracem, atque ex Nazaretha ne boni quidem aliquid prouenire, quem fugit? Iob. VII, 52. cap. I, 47. Si deinceps ad locum manifestationis eius attrinderimus; notum est, eum quoque in obscurissima Galilaea sibi domicilium fixisse, ubi nimis stupida et cerebro vacua capita sunt, quibus suos errores facile persuadere, quorumque oculis glaucomata obiucere potuit; ubi item mortalium pessimi habitant, qui nouis rebus lubenter student, turbisque delestantur. Iob. VII,

3 - 5.

3-5. Siue denique de *autoritate*, qua fultus doceadi prouinciam adiit, nobis aliquid dicendum fuerit; tum cuiuis obuium est, eum temerario quodam ausu, ipsius diaboli instinctu, quem in amicitia versatur, adplaudentibus prauis hominibus, quos in comitatu suo habet, haereticas doctrinas, vnde iamdudum nomen *Samarita et seductor* meruit *Iob.* VIII, 48. sparsisse, magicisque artibus, a diabolo ipsi communicatis, praestigias complures exercuisse. Haec fere sunt, quae significare volebant hi, qui de Iesu iudicium ferre instituerant; ex quibus *propositio minor*, maiori supra §. XVI. indicatae subordinanda, sine ullo negotio construi potest, sequentem in modum:

*Atqui de hoc Iesu Nazareno tum ratione ortus, tum ratione parentum, tum ratione patrviae, tum ratione loci manifestatis, tum ratione muneric docendi, quod bucusque sibi arrogavit, certo certius nouimus, vndenam sit.*

Cumque has praemissas extra omnem dubitationem positas esse arbitrarentur; igitur non dubitabant ex iis inferre fatalem illam conclusionem:

*Ergo hic Iesus Nazarenus non est verus Messias.*

### §. XIX.

Priusquam hinc abeo, lubet pugnae alicuius mentionem inilicere, quae inter hunc, quem tractavimus, locum atque in ter *Iob.* IX, 29 intercedere videtur. Hie scilicet praeseferunt, *se scire, vndenam Christus sit*; paulo post autem legis, Iudeos dixisse, de Mose quidem sibi constare, quod Deus, ipsum immediate allocutus, suum legatum ad Israelitas fecerit *Exod.* III, 2 sqq. Iesum autem si spectarent, *se omnino nescire, vndenam sit*. Iam quidem sine periculo nostro admittere possemus, opposita vere sibi iniucem esse viriusque loci adserita, a diuersis tamen hominum ordinibus diuersis temporibus proposita. Quos enim cap. VII, 25. 26. offendimus, Hierosolymitani ciues tanrum, non autem synedri erant (§. VI); qui vero hic verba faciunt, *pharisei* vocantur cap. IX, 13. qui si-

*Tollitur ad parrens aliqua contradic.*

D

mul

mul synedrii adfessorum dignitate fulgebant, vti ex v. 16. 18.  
 22 24. 34. claret. Quemadmodum itaque saepius publicae su-  
 periorum voces a priuatorum opinionibus diuersae fuerunt;  
 ita, quin idem in causa Iesu fieri potuisset, nihil obstat. Ve-  
 rum ne opus quidem esse existimo hac nodum soluendi ratione,  
 quia, dummodo locum Iohanneum cap 9, 29 rite inspexerimus,  
 adparebit, eum cum nostro textu probe conuenire. Non enim  
 id sibi volunt hic loquentes synedri, quod quidem verba pri-  
 mo intuitu significare videntur, se in incerto adhuc fluctuare,  
 nondumque peruestigare posse, virum Iesus a Deo missus sit,  
 an minus. Sane qui v. 16. perpendit, vbi *quaedam* synedrii  
 membra sine ambagibus dicunt, *Iesum non esse ex Deo*, et dein  
 ex v. 24 percipit, eosdem viros iactare, quod certo cognoscant,  
*Iesum esse profassum peccatorem*: is haud dubie conceder, illos de-  
 eo nil quidquam dubitasse, quod a Deo non sit. Quando ita-  
 que v. 29 aiunt, se ignorare, vndenam sit: tum iam supponunt,  
 diuino quidem iusu eum non prodiisse; ast vndenam de reli-  
 quo sit, quis malus genius ipsum excitauerit, quod nam fatum ad-  
 versum hunc virum ipsis immiserit, quis cacodaemon ipsum er-  
 roribus suis imbuuerit, et ad eos spargendos instigauerit, id sibi  
 obscurum esse profitentur. Confirmatur mea sententia ex v.  
 30-33. vbi cœucus natus, visu iam a Christo donatus, efficacis-  
 ime contra synedros ita statuentes disputat, euicturus, quod  
 Iesus non nisi pro diuinitus misso, nequaquam vero pro viro sce-  
 lerato haberi debeat.

## §. XX.

*Transitur ad  
 responsum Christi, quam  
 huic iudicio  
 opposuit.*

Ordinis ratio iam postulat, vt II) de *responsum Christi* nunc  
 videam, quam ad iudicium de se prolatum v. 28. 29 dedit. Poterat Christus plura circa principium ab ipsis adsumtum, ex  
 quo aduersus se disputauerant, feliciter monere (§. XVI.). Sed  
 iam intactum illud dimittit, quia suae causæ nousolum non no-  
 cebat, sed etiam proderat. Confutat nimirum eos ex concessis va-  
 lidissime. Si enim vel maxime totam *maiorem* propositionem ipsis  
 largi-

largiebatur: tum tamen falsissima erat *minor* propositio, qua eum intus et in cœte se nouisse gloriabantur. Arma itaque Christo suppeditauerunt ipsis, quibus debellabantur, seque ipsoſſtiterunt *autonatura* ſunt; cum ad oculum demonstrari poterat, se res Christi altissime ignorare. Sed ut haec luculentius patet, hic notabimus I) reſponſionem ipsam, II) modum, quo hanc reſponſionem dedit. Quod igitur I) ad reſponſionem ipſam attinet, ea eſt a) ironica, duabus propositionibus comprehensa v. 28. quae vel commode in vnam contrahi queunt, hoc modo: et me nouiſſis, ita ut ſciatis, vndenam ſim; vel, ſi duas diſtinctas malueris, tum altera generalioris ſensu erit; et me nouiſſis omnimode: altera vero ſpecialioris determinationis; et in primis nouiſſis, vndenam ſim, ſe ad docendum et faciendum excitatus. Praefero posteriorem analyseos modum priori, quia cum proxime ſequentibus amicifime conſentit, vti ex mox dicendis adparebit. Interpretum nonnulli orationem concesſiua et adſirmatiua hic ſibi inueniſſe viſi ſunt, veluti WOLFIUS, qui vertit: *nouſis me, et nouiſis originem meam*, ſcilicet naturalem, et in quantum homo fuſi: neque tamen a me ipſo veni, adeoque nec mere naturaliter; et BENGELIUS in gnomone, qui ſermo Christi, inquit, *duas habet partes*. Prior eſt concesſiua, et notitiam de Iesu eiusq[ue] ortu extrinſecus ſpectato quodammodo ſeo loco retinquit; hanc enim ipſe numquam allegare ſoleat: conf. 2 Cor. V, 16. ſed iuſtam notitiam ſui, a patre mihi, eos habere negat. coll. v. 33. ſq. cap. VIII, 14. Sed huic quidem interpretandi rationi ſubſcribere nequeo, et potius in eorum ſententiam tranſeo, qui ſermoni Christi, adſirmatiue proposito, negatiuum ſenſum ſubeffe, arque in primis ironiam hic haberi, ſtatuant. Postularat, ut ita ſtatuum, *primum* res ipſa: Christus enim nullo modo ipsis concedere poterat, quod veram ſui, vel naturaliter ſpectati, haberent notitiam. Quocumque enim oculos conuerteris, nil niſi meram ignorantiam, eratſiſmosque de conditione ipſius errores deprehendis. Ut iam de filiatione, quam a patre habet, nihil dicam, falso erant, quod Iofeþum pro parente ipſius venditarent, quia huma-

nam naturam ex *Maria sola*, per superventum spiritus sancti, acceperat, patreque naturali non vrebatur, hinc recte *anatwo* dictus, qualis *Melechisedecus*, typus Messiae, erat in historia Ebr. VII, 3. Non minus vero grauisimum errorem errabant, quod *Galilaeam*, inque ea praeципue *Nazaretham*, tamquam natale solum, eidem vindicarent, indeque ipsum ex tribu iudee, et nominatum ex familia Dauidica, orrum trahere insitiarentur; cum facilime rescire potuisserent, ipsum omnino ex *florpe Dauidica* prognatum, ex *Bethlebemi*, mirabili prorsus ratione, sub plurium admirandorum Dei operum cumulo, in lucem editum esse. Vnde Paulus Ebr. VII, 14. sine verborum circuitu ait, *prorsus patere, quod dominus noster ex Iuda ortus sit.* Praeterea turpi ignorantia laborabant, quando *locum manifestationis Messiae* in obscuro iacere profebantur, Iesumque ideo contemtim habebant, quod *Galilaeam* suorum magnalium quasi theatrum esse voluisser; ubi tamen *Iosaias*, vates, illud ipsum futurum esse, iam dudum praedixerat (§. XVI.). Vix vero maius ignorantiae, eiusque prorsus inexcusabilis, specimen edere poterant, illo, quo, qua ratione ad *docendi munus progressus eset*, se nescire dictabant. Vbi simul pro euicto adsumebant, ipsum neutiquam a Deo ad docendum excitatum, sed humano potius consilio permotum, quid? quod, ab ipso diabolo ad id instigatum esse. Quae cum ita sint; qui mihi persuadere queam, Iesum concessuam orationem hoc loco adhibuisse, id ego quidem non capio. Deinde pro mea sententia ipse Christus militat, quippe qui *Iob. VIII, 14.* diserte dicit, *se quidem scire, vndenam venerit, et quo abiturus eset;* *IUDAOS autem, suos aduersarios, IGNORARE, VNDENAM VENERIT, et quo abiaret.* Si itaque Christus ipse testis est, quod iudei res ad se pertinentes ignorauerint: qui idem Christus nostro loco ipsis cognitionem sui tribuisse putandus est? Quod vero simul adseruerim, Iesum ironice egisse aduersus importunos suos iudices; eius causam repero *ante omnia ab indole eorum, quae exprobatione grauiore et fale satyrico indigebat.* Vbi enim thrafonum adinstar vanissime fibi

sibi et aliis persuasum fuerant, se res Christi prorsus in numerato habere, atque uno istu quasi profligare posse eorum opinionem, qui Iesum ipsum Messiam esse suspicabantur; et praeterea sy-  
necdotum erga eundem mores superciliosè taxauerant: tum  
sane vix ad eos compescendos sufficiebat simplex oratio, sed acerbiori et magis aculeata opus erat, qua risu et cachinno aliorum expoñi, inque ruborem dari poterant. Porro etiam structura verborum, qua Iesus vtitur, ironiae insigniter fauet. Quia enim particula *nisi* in orationis initio, quale hic est, vim copulatiuam non admittit, sed aliam significationem exigit: hinc elegantissime, quantum ego iudicare valeo, reddi potest certe; qua de re videatur 10. ALBA in *annotatis selectis* p. 318.  
 Quibus ita praestructis, commode sequentem in modum verborum Christi mentem, sine vlla vi adhibita, exhiberem posse, mihi videor. Ja gewiß, ihr kennet mich recht vollkommen; ja  
*ihr wisset insonderheit, woher ich bin!* Haec vero sic concepta fortissimam negationem complexti, et aduersariis spississimas tenuebras, menti offusas, cquoniam strare; vel me non monente intelligitur. Denique nec desunt alii melioris notae interpretes, qui eam interpretandi viam mecum interrunt. Pertinent huc, praeter TOLEIVM in *comment.* et GVALTERVM in *homiliis*, b. LVTHERV, FLACIVS IN CLAVE S. S. P. II. p. 313. CA-  
 MERARIVS IN *notis phitol.* in N. T. GLASSIVS IN *Phitol.* p. 1517. ZELTNERVS IN *biblia Altorfinis.* POOLE IN *annotations* Vol. II. etc. Adprobare eamdem videtur BAIERV, loco supra citato p. 52 et celeb HEVMANNVS vltro largitur, hunc ex-  
 plicandi modum non male in praesens negotium quadrare. Ne-  
 que a me valde alieni sunt, si rem ipsam spectas, qui cum BE-  
 ZA, GROTI, CALOVIO, LAMPIO, atque ipso HEVMANNO,  
 interrogative textum legunt: *itane vero et me nostis, et unde vene-  
 rim? Wie? kennet ihr mich, und wisst, woher ich sey?* Cum vero  
 hi viri sensum negationum mecum statuant; is autem hoc loco, vbi  
 Christus Iudeorum vanam iactantiam pro merito taxare insti-  
 tuit, vix sine adhibita acrimonia stili saleque ironico, ut supra

dixi, concipi queat: nolim ego in nuda interrogatione subfistere. Ne quid tamen dissimulem, ab ironia hic admittenda abhorrent LAMPIVS et BENGELIVS, quorum ille ad v. 28. sub finem notae (1) eam ideo respuit, quia Iesu DOCENDO haec (verba) protulisset; hic vero admittere eam detrectat, quia Ironia numquam usum inuenias dominum. Sed quod ad LAMPIANVM argumentum attinet, nihil eo effici possem; quia nihil quidquam obstar, quo minus, qui docet, ironia in docendo utique queat. Cui accedit, quod Christus indirecte quidem simul doceat, directe vero absurdē sibi obiecta reundere, aduersariosque suos depexos dare, et eorum stoliditatem significare voluerit. Quod autem in dicendi genere elencitico ironiae quam maxime locus sit, nemo est, qui nesciat. BENGELII argumentum fortius quidem esse videretur; sed non est. Nititur enim illud 1) praecocepta ista opinione, qua creditur, ironiam Deo et Christo indignam esse; quam confutatam legis in dis. de *ironia sacra*, praeiente Excell. PRAESIDE, ante hos tres annos habita, §. IV-VI. 2) Gratis adsumitur, Deum, et in primis Christum, ironia non usum esse. Rem aliter se habere, §. IX. citatae dis. pluribus, iisque indubio, exemplis demonstratum est, quae hic reperere nolo. 3) Si vero vel maxime nullum exemplum ironiae, a Iesu alibi adhibitae, offenderetur: cum tamen exinde inferri nondum posset, neque hic eamdem reperi. Non enim iam queritur; utrum alibi sit; sed potius utrum hic locum rueratur? Neque necesse est, ut auctor quodam orationis genere saepius utatur. Cui praeterea addere possunt, quod Christi sermones omnes a scriptoribus sacris non consignati sint.

## §. XXI.

Pergitur.

Sed nunc b) succedit responsio Christi feria, quae N) effertur negative: atqui a me ipso non veni, ut vobis erronee et sati ridicule hucusque persuasisti. Res ipsa loquitur, cum Christus iam in eo sit, ut aduersarios rectiora docere velit, parti-

particulam *xii* aptissime atque verti posse, quem significatum etiam Luc. XX, 42. habet. Verbum *venire*, quod **H**EVMAN-NVS post **L**AMPIVM bene ad *Iob.* X, 8. obseruauit, adhibetur saepissime de *Messia*, eiusque munere publico, sicuti Iudaei quoque eum **N**OBI, **v**enturum vocare confueuerunt. Ita *Matth.* XI, 3. discipuli iohannis ex Iesu quaerunt; *num ipse ILLE VENTVRVS,* *an vero alius expectandus sit?* et *Marth. Iob.* XI, 27. *se credere ait,* *Iesum Messiam filiumque Dei esse, qui in mundum VENIRE debebat;* porro cap. VI, 14. quidam propter praeclarissima Iesu facta sonora voce profitentur, *ipsum vere prophetam illum esse, quem in mundum VENIRE oportuit.* Nititur haec denominationis ratio partim promissionibus Dei patris, qui in V. T. toties totiesque Messiam se suo tempore *misurum* esse declarauit; partim ipsius Messiae sermonibus, quibus se cero *aduenturum* esse, longeante significauit, vide *Pf. XL*, 8. *Pf. XCVI*, 13. *Pf. XCVIII*, 9. partim sollempni illa doxologia, a Dauide *Pf. CXVIII*, 26. recitata, qua excipiendum praedicit veri nominis Messiam a fidelibus. Quae cum ita sint, is demum *a se ipso venire* dicitur, qui proprio ausu, sua sola voluntate, Messiae prouinciam inuadit, cum tamen ea ipsi a Deo non demandata sit, adeoque falsissime se pro Messia venditat. Eatenus convenit haec phrasis cum illa *Iob.* V, 43. vbi de eiusmodi impostore sermo est, *qui in nomine proprio venit.* Consequitur vero ex antecedentibus, ut is, qui suo ipsius arbitrio Messiae partes sibi vindicat, similex proprio ingenio loquatur et agat, figmenta proferat, errores disfeminet, nihilque praestet, quod ad glorificandum Deum facit. Haec cuncta igitur Iesus a se aliena esse pronuntiat: non hic sibi summis et rapuit honorem, qualis Messiae competit, non figmenta ingenii humani protrusit, non errorum veneno animos imbuit, nihil admisit, quod gloriae Dei patris aduersum censeri poterat. Si enim id fecisset, tum satis demum aperte constabat, recte fecisse eos, qui eum Messiam esse insitabantur.

## §. XXII.

## §. XXII.

¶) *Positio:* Dicere poterat, sed a patre veni. Sed eam ipsam sententiam pluribus exponit, ut ipsis partim eius, a quo venerat, praefantiam, partim vero causam profundae, qua in hoc negotio laborabant, ignorantiae ob oculos poneret. Sed qui me misit, ita inquit Iesus, verax est, pater felicit, in cuius testimonio plane adquiescere debebatis, qui, quae de Messia vobis dando vnumquam est pollicitus, in me exactissime implevit, et simul de me luculentissimum edidit ad Iordanem testimonium cap. V, 32. quem vero vos non nosisti, quantumvis vos eum nosse insolenter gloriemini; unde nec mirum est, vos etiam illius ignorantia duci, quem Messiam constituit. Ego vero non illum intime et adaequare, quia ab ipso sum, tamquam ipsis filii, in sinu atque amplexu eius subsistens, quocum omnia, quae habet, communicavit; et ille me misit in mundum, ut Messiae personam induerem, eumque in finem meam humanam naturam spiritus sui vincione, quam adeptus sum sine mensura, aptam reddidit, ut tum ipsummet, tum' arcaniora ipsius de salute hominum consilia penitus pernoscam. Non est, quod in his interpretandis pluribus labore, cum nulli difficultati, quam interpres nondum fuitulissent, obnoxii sint. Quod vero ad rem ipsam attiner, adfirmat, se misum esse a patre. Illud facile patet a) ex enixissimo, quo numquam non flagrabat, studio, gloriam patri et manifesto et amplificandi, atque contrario regnum diabolicum, quod ad obscurandam Numinis gloriam tendit, defruendi; b) ex dogmatibus a se propositis, quae sapientiam spirabant, supra humanae fortis positam, non ex doctorum scholis haustram, qua in stuporem et admirationem conuiciebantur animi paullo dociliores, atque ad silentium mentisque confusione redigebantur in malo obscurati hostes, quoriescumque ad eum illaqueandum et prosterendum in publicum prodierant. Denique c) idem intelligebatur ex editis ab ipso operibus, quae huius erant indolis, ut iis praestans sola Dei virtus, nemo vero alius sufficeret, quamvis a naturae viribus intructissimus.

## §. XXIII.

Super est, vt II) de modo dicam, quo Christus suam responcionem protulit. Clamabat, sic ait Iohannes, Iesu in templo docens et dicens &c. Iesus quidem sedato erat animo, et iniuriarum patiens, non clamitus alterator, Matth. XII, 19. coll. Ies. XLII, 2. quales rabbini erant illo tempore, qui audientium aures obrundebant, artemque disputandi ostentabant; interim, dum hic in spatioiore loco, ingenti hominum multitudine reserto, versabatur, ad indignissimum iudicium, de suo munere Messiano conceptum, responsum, plenus fiduciae zeliisque pro diuina gloria, ut omnes audirent, elatiore voce viretur, docerque, quam infeliciter sibi inserviuerent arrogantes aduersarii, ex quorum quippe hypothesi, ad se translati, sponte sequeretur, se esse, vt reuera erat, verum Messiam.

S. D. G.

Finitur *vota tractatio.*

3d 2287

X 2284284

Vd 18

Nr.





DE  
ORIGINE ET FVTILITATE  
SENTENTIAE IVDAEORVM,  
Q V O D  
NESCIRI DEBEAT,  
VNDENAM MESSIAS FVTVRVS SIT,  
AD DVCTVM  
I O H . VII , 25 — 29.

CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE  
PRAESIDE  
VIRO EXCELLENTISSIMO ET AMPLISSIMO  
JOHANNE FRIDERICO STIEBRITZ,  
PHILOSOPHIAE, ET OECONOMICARVM SCIENTIARVM  
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO,  
ET ALVMNORVM REGIORVM EPHORO,  
DIE APRILIS MDCCCLXII.  
PVBLICE DISPVTABIT  
IOHAN. GEORGIVS HENRICVS WOLFF  
PLETTENBERGA - GVESTPHALVS.

HALAE MAGDEBURGICAE  
TYPIS IOHANNIS FRIDERICI GRVNERTI.